



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho


Lugduni, 1669

Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant. Tit. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

cum citatis per me de appellatua verb. viriusque iuris
fignif. appel. 2. 14. num. 2.

Et ad significaciones. &c.] Probat hic rex. simoniacum
mentalem non teneri ad r. signationem, aut restitutionem,
vt per D. Thom. 2. 2. quest. 100. art. 6. vbi Caiet.
Syluest. verbo *simonia* quest. 20. Atil. eod. verbo num. 58.
Nauar. in manu. cap. 23. num. 103. Angl. in floribus Theol.
tit. de restitut. quest. quis ad restitut. sit liber, diff. 15. Petr.
Nauar. de restit. lib. 2. cap. 2. a. num. 70. Tolet. in instruct.
confidentia. lib. 5. cap. 93. Vg. in summ. par. 2. cap. 101. casu
79. 21. & 23. Flamin. de resignatione benef. lib. 14. quest.
6. num. 215. & de confident. quest. 16. num. 40. Fr. Enim. n.
in summ. tom. 2. cap. 66. num. 1. Jacob de Grassis in decis.
aureis part. 1. lib. 2. cap. 96. n. 18. Valent. tom. 3. dist. 6.
quest. 16. puncto 6. Vgolin. de simonia. tab. 2. de simonia
mentali cap. 2. Guriet. canon. lib. 2. c. 23. num. 31. cum segg.
Farin. in praxi crimin. par. 4. decis. 34. Gaspar Roderic.
de annua redeit. b. lib. 1. quest. 3. num. 25 & 26. Rebell. de
obligat. iustitie par. 2. lib. 18. quest. 21. num. 2. Azor. instit.
moral. par. 3. lib. 12. cap. 20. quest. 2. Campan. in diuersorio
iuris Canon. rub. 1. c. 17. num. 4. cum segg. Nicol. Garc. de
benef. par. 8. cap. 1. n. 45. Hæc quidem sententia vera est
in se, & ex littera textus conformis, quamvis contra-
rium teneantur aliter atque aliter distinguentes Maior
in 4. dist. 15. quest. 7. sed de simonia Ioan. de Medina in
codice de rebus per vsuram acquisitis quest. 4. de vsura re-
sit in 2. argum. versum ad rationes. Barthol. Medina. in
summ. lib. 1. cap. 14. § 20. & 21. Aragon. in 2. 2. quest. 100.
art. 5. vbi Salom. quest. 78. art. 3. controu. 19. Petr. de Le-
deima in summ. part. 1. tract. 12. conclus. 43. diff. 1. c. 4.
Sor. de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 53. num. 43. cum
segg. Raph. de la Torre in 2. 2. D. Thom. tom. 4. quest.
100. articulo 6. dist. 6. Lell. de iustitia lib. 2. cap. 35. d. b.
28. Molles. in summ. Theologia moralis tractat. 6. cap. 15.
num. 99. Boncon. de simon. quest. 7. punct. 3. diff. 1. num.
21. multipliciter intell. gentes text. in presenti, cuiusque
litteram malè percipientes dum suam defendere inten-
dunt opinionem, nam Ioan. de Medina loco proxime citato,
respondet in hoc cap. Pontificem solum loquutum fuisse
de iudicio exteriori, non interiori conscientia, alius
verò Barthol. Medina ait in hoc cap. Pontificem sequu-
tum fuisse probabilem opinionem eorum, qui dicunt
accepti per simoniam mentalem non esse restituenda.
Denique Sor. & Lessi. explicant text. in presenti pro-
cedere in simonia commissam in ingressu religionis, in
qua data fuit responsio, quæ non habet necessariam in-
iustitiam annexam, sed his, & aliis responsionibus re-
iectis, quia nimium litteram textus restringunt, vt per
se patet, non est cur à probabili huius text. desumpta
conclusionem recedamus; qui quidem non obstat
quod vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem, cap.
consultat. de vsuris, quia intelligitur quando mutua-
rius coactè dat ultra sortem ratione mutui, secus quan-
do libere, & sponte & gratiorè dat, licet mutans in-
iquam habeat conditionem, & prauum animum, nempe
accipiendi ratione & vi mutui, vt per Couar. in re-
gul. peccatum par. 2. in initio à num. 4. Caballin. de vsu-
ris num. 7. & 8. Petrus Nauarrus de restitutione lib. 3. cap.
2. num. 17. cum segg. Aragon. 2. 2. quest. 100. art.
articulo 2. vbi Bannes articulo 3. & Salom.
controuers. 10. Solis de censu lib. 1. c.
5. num. 13. Gaspar Roderic. d.
quest. 3. num. 21. & latè
Campan. d. cap. 27.
num. 10. & 11.



Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub
annuo censu concedant.

TIT. VI.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabae-
rel. Ioan. Andr. Anania, Burr. Anchaz,
Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauenn.
in compendio iuris Canon. Martin. Mes-
nart. in epitom. Decretal. fol. 176. Steph.
Ranchum. in continuatione titulorum Decretal. Dan. Ve-
nator, in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 616.
Goffr. & Holticns. in summa huius tit. Alexand. Cassan.
& Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decre-
tal. Barthol. Cathag. in exposit. titul. iuris Canon. nouis-
simè Ioan. Honor. lib. 5. summ. in Decretal. omnes sub
hoc titulo.

SUMMARY.

- 1 Pecuniam dans vt Episcopalem vel spiritualem iuris-
dictionem exerceat, officio suo priuatur & sic conse-
quens illud amplius conferre non poterit, & canonicè
punitur.
- 2 Simoniacus est Episcopus, qui pretio recepto suas vices
committerit alicui.
- 3 Verbum amittat est sententia.
- 4 Salarium accipiens ab Episcopo pro seruicio ei facto in
iuris dictione commissam exercenda simoniam non com-
mittit.
- 5 Vicarius recipere debet salarium de Camera Episcopi.

CAP. Præterea I. Alex. III.

Episcopalem iurisdictionem pro pecunia data
excentes, priuantur officio suo, & Episcopi,
qui vendiderunt, amittunt potestatem conferendi
tale officium. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq.
Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr.
Anania, Host. Anch. Burr. Mar. Socin. Panorm. Felin.
Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 49. Alagona,
in iuris Canon. p. 633. remissionè Ximen in concord. p. 1. de-
sumitur ex Concil. Lateranen. c. 15. incip. Cum in officio
& præterea quoniam & refertur ab Anton. August. collect.
1. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 1.

Collige ex text. simoniacum haberi Episcopum,
qui pretio recepto suas vices committit alicui. hoc est,
suam iurisdictionem, vt per Azor. instit. moral. p. 3. lib.
12. c. 14. in princ. vbi q. 1. resoluit non esse simoniacum
Vicarium, qui ab Episcopo, vel alio Prælato consti-
tuitur & recipit certum salarium.

Amittat.] Est verbum latæ sententiæ, vt per Titag. 3
in l. si unquam verbo reueratur num. 151. C. de reuocan-
dis donat. Couar. in cap. si heredes num. 8. sup. de testam.
Sayr. in clau. Regia lib. 2. c. 8. num. 21. versic. fallit
quos refero in mps remissionibus de dictionib. & clausul.
dist. 21.

In glos. Quantitate. ibi, sed è conuerso Episcopus si
committat vices suas alicui potest & debet ei constituere sa-
larium. Sed cur quæso Episcopus simoniacus est com-
mittens pretio recepto suas vices alicui, non autem
iste pretium ab Episcopo recipiens; Respondet Pa-
norm. hæc longè diuersam esse rationem, quia Vica-
rius, seu alius ab Episcopo constitutus recipit d. bi-
tum sui laboris, & operæ stipendium, locat enim Epi-
scopo suas operas, nec vllò iure cogitur suo stipendio
 militare, cap. cum ex officij de præscrip. ac verò Episcopus

OSA
Can
13

pus, qui Vicarium, vel alium constituit, pro sua iurisdictione exercenda, si pretium accipiat ex eo quoddam suas vices committit, iurisdictionem suam vendere videtur, cum stipendium, siue salarium potius conferre deberet ei, refert Azor. d. quæst. 1. vers. sed. cur quæso: ubi etiam tenet simoniam ab eo Episcopo committi, qui Vicarium constituit eo pacto, ut ille sit minori stipendio contentus quam sibi debeat, vel a lege, & conditione ut Episcopus habeat sibi aliquam partem proventuum spectantium ad Vicarium ratione muneris, & officij, quo ille fungitur.

In ead. gl. ibi, de camera. Ergo Vicarius recipere debet salarium de Camera Episcopi, ut resoluit Sbrozz. de Vicaria Episcopi, lib. 3. q. 54. n. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Vicarius qui dedit pecuniam Episcopo, ut faceret illum Vicarium, prius debet officio Vicariatus.
- 3 Simoniam committit Episcopus, quando aliquid exigit pro re prestanda, quam tenetur facere ratione sui officij.
- 4 Prælati iurisdictionem temporalem vendens, si eam habet ab Ecclesia, simoniam committit.
- 5 Simoniam committit Episcopus, cui data fuit pecunia, ut Vicarium faceret in temporalibus.
- 6 Iurdictio ordinaria non potest ab Episcopo concedi

C A P. Quoniam. II.

PLebanus, vel Archipresbyter, qui pretio statuitur ad agendas vices Episcoporum, vel Archidiaconorum, seu ad terminandas causas ecclesiasticas, remouetur à Clero, & Episcopus, qui dissimulat peruertere suam iurisdictionem, censura ecclesiastica puniri debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panormit. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 50. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 633. remissive Ximen. in concord. pag. 1. refertur ad Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. c. 2. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. par. 3. cap. 1.

2 Remouetur à Clero. Notatur ad hoc quoddam Vicarius, qui dedit pecuniam Episcopo, ut illum faceret Vicarium, priuari debet officio Vicariatus, ut per Lancel. in instit. iuris Canon. tit. de simonia §. demum. Sbrozz. de officio Vicarij lib. 3. quæst. 54. num. 1. ubi ex Abb. hoc optime factum dicit ne ex huiusmodi labe simoniæ Vicarij ut aliquid lucrentur præter sortem inducantur per fis & nefas ad extorquendum pœnas in arc, ubi in corpore luendæ forent, & facere modicas culpas grauiiores in subuersionem iudiciorum, & dispendium, ac grauamen subditorum.

3 In gl. Pretio ibi, maxime cum iurdictio sit spiritualis. Aduerte tamen quoddam ubique Episcopus gratis facere aliquid debet ratione sui officij, simoniam committit, si aliquid exigit, ut per Soar. de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 20. num. 19. ubi aduertit quoddam per illam particulam, maxime, non potest fieri comparatio ad actus, qui procedunt à iurisdictione temporali, cum in eis simonia locum non habeat; sensus ergo esse videtur, vel ob hanc maxime causam ibi interuenire simoniam, quoddam iurdictio, à qua illi actus procedunt, est spiritualis, vel tunc maxime committi simoniam, quando actus ex vi obiecti, & materiæ est spiritualis. Nam verum est Prælatum iurisdictionem temporalem vendentem, si eam habet ab Ecclesia, si-

moniam committere, eo quoddam talis iurdictio indicatur spiritualis dependenter, hoc est, respectu Summi Pontif. à quo habet dependentiam, secundum Ludou. Beja Consultatum nostrum in respons. cap. 1. conscientie. par. 1. casu 37. fol. mibi 57. verso. Unde immo- niam committere Episcopum, cui data fuit pecunia, ut faceret Vicarium in temporalibus, tenent Lancel. in instit. Canon. tit. de simonia §. demum, vers. circa suas, Sbrozz. d. q. 54. n. 4.

In gl. Statuuntur. Notatur ad hoc quoddam ordinaria iurdictio non potest ab Episcopo concedi, ut per Sanch. ad matrim. lib. 2. q. 2. num. 2.

C A P. Quoniam. ij. III.

Ecclésiæ regimen non debet Sacerdotibus committi sub annuo censu. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panormit. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 50. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 633. remissive Ximen. in concord. pag. 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 3. p. 3. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. par. 2. cap. 2.

Vide posita in cap. præcedenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Fructus Ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.
- 2 Locatio fructuum Ecclesiæ, vel beneficij an possit fieri ultra triennium.
- 3 Fidei præstatio est iuramentum quo ad Deum.
- 4 Promittens per fidem, scilicet humanam, si non adimpleat, non erit periturus, sed ratione violata fidei peribit, reputabiturque infamis inter homines.
- 5 Expense in utilitatem Ecclesiæ dicuntur concessæ, si factæ fuerint in rem perpetuam duraturam.
- 6 Successor Prælati, alteriusve beneficiarij, non tunc stare locationi per suum prædecessorem nomine proprio factæ.
- 7 Ecclesia multis modis dicitur.

C A P. Querelam IV. & fin.

Fructus, & obuentiones Ecclesiæ possunt locari ad certum tempus, v. g. ad septennium pro certo annuo censu, & si conuentum fuerit intra illud tempus non auferre, standum est promissis, nec potest auferri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panormit. Mar. Socin. Cened. collect. 76. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 50. Alagona in compend. iuris Canonici p. 634. remissive Casal. in annor. & Ximen. in concord. par. 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 4. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. par. 28. c. 1.

Per septennium suscepisset, &c.] Querat aliquis non extra rem quomodo Rector de quo in text. potest locare fructus suæ Ecclesiæ, vel beneficij ad septem annos, cum tantum triennij tempus ad talem locationem, seu alienationem sit à iure præfixum variis scriptis pœnis contra aliter facientes in Extraneis, ambizioso, deb. Eccles. non alien. inter communes, & per eam resoluunt citati in meo tract. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 95. num. 1. Cui quæstio respondens quoddam citati à Cened. ad Decretal. collect. 76. num. 1. decisionem huius tex. correctam esse per dictam Extraneam Ambizioso, cuius auctor fuit Paulus II. qui vivit in Pontificatu circa annos 1471. huius verò text. Alexand.

Alexand. III. qui obiit circa annum 1181. Vel secundum alios potest responderi illam Paul. I. constitutionem prohibuisse locationem rerum Ecclesie ultra triennium, ita quidem, ut ipsas res prohibeat locari, non tamen fructus, & redditus Ecclesiasticos, latissime enim contingit locari non ipsos fundos, nec ipsa Ecclesiastica pradia, sed fructus & redditus ad aliquod beneficium pertinentes, ut euenire videtur in hoc textu, quam quidem fructuum & reddituum locationem ultra triennium fieri posse resoluunt Conu. var. lib. 2. cap. 16. num. 6. in fine. Redoan. de rebus Ecclesie pag. 350. a. num. 4. vers. & dicta. Greg. l. 9. verbo arrendat tit. 7. part. 1. Auen. de exequendis mand. part. 1. cap. 4. num. 32. ad finem. Card. Mantie. de iacris & ambig. conuen. tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 21. Cened. d. collect. 76. num. 3. & ad sextum collect. 32. num. 2. quamuis in puncto iuris contrarium verius resoluendum puto cum Gama, & Gutier. quos refero, & sequor d. alleg. 95. num. 20.

3. *Præstata fide.* Notatur ad hoc quod fidei præstatio est iuramentum quoad Deum, in dubio tamen promittens per fidem intelligit de humana per quam nobilibus, vel qui se tales iactant, suam fidem solent adstringere, & isto casu cum non sit iuramentum per rem sacram, non erit peritius, sed ratione uiolata fidei peccabit, reputabiturque infamis inter homines, vide Couu. in cap. quauis pactum part. 1. §. 2. n. 2. Ferdinand. Mendoc. lib. 1. disp. iuris c. 6. quæst. 3. pag. 241. cum seqq. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 1. n. 3. Perez l. 1. vers. queri solet virum. tit. 6. lib. 8. Ordin. pag. 186. plures per Cened. d. collect. 76. n. 4.

In gloss. Terminam ibi in utilitate Ecclesie conuersa fuisset. Aduerte expensas in utilitatem Ecclesie dici conuersas si factæ fuerunt in rem Ecclesie perpetuo duraturam, vide Mascard. de probat. conclus. 728. D. Barbosa in l. filiofamil. §. fin. num. 22. cum seqq. ff. soluto matrimo.

6. In ead. gloss. ibi, successor stare non tenetur, &c. Notatur ad hoc quod successor Prælati, alteriue beneficiati, non tenetur stare locationi per suum prædecessorem factæ, si Prælati vel beneficiati nomine proprio locereditus suæ dignitatis, vel beneficii in suam utilitatem, secus si nomine Ecclesie contraxisset, & pecunia inde recepta in utilitatem Ecclesie conuersa fuisset, ita resoluunt plures citati per Cened. d. collect. 76. num. 5. quibus adde Mich. Grassi. in 1. commun. opinio. l. 4. tit. 43. num. 40. vbi Viuiam. num. 123. Aloy. Ricciol. in collect. decis. part. 4. collect. 1007. & collect. 1053. in fine, & in praxi Archiepisc. Neapol. decis. 112. a princip. Modern. de iurisdiction. part. 4. casu 98. num. 8. & in variis nouiss. decis. voto 180. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 37. a. num. 18. Cardol. in praxi iudicum, verbo fructus num. 23. & verbo locatio numero 6. Cardin. Tolc. verbo locatio concl. 419. Card. Mantie. de iacris & ambig. conuention. lib. 5. tit. 13. num. 21. Stephan. Quaranta in summa Bullarum, verbo alienatio rerum Ecclesie num. 19. Chald. Pereira quæst. forens. lib. 2. quæst. 32. & de empt. cap. 26. num. 5. Molina de iustit. tract. 2. disp. 492. ver. quod denique. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 8. de locato, & conducto cap. 6. quæst. 7. Rebell. de oblig. institut. part. 2. lib. 14. quæst. 11. num. 17. Reginald. in praxi forens. lib. 25. cap. 43. num. 528. cum seqq. Martin. Bonacina de contractib. disp. 3. quæst. 7. puncto ult. num. 10. Marc. Ant. Genuens. in practicabilibus Ecclesiasticis quæst. 137. quos refero ego ipse de officio & potestate Episcopi part. 3. alleg. 94. n. 1. vbi numeris seqq. multipliciter limito, & declaro supradictam conclusionem. Et illa limitatio principalis est, ut scilicet successor in Ecclesia teneatur stare locationi factæ per prædecessorem etiam nomine Barbos. Collect. Tom. 111.

proprio, quando annus est inchoatus, & iam facta est impensa necessaria, vel magna pars illius, ut quia tertia sunt lata, Bald. in l. emptorem num. 7. vers. sed pone colonus, C. locati, Orasc. decis. 82. num. 10. Surd. decis. 52. num. 12. Marellor. var. resol. lib. 1. cap. 18. num. 7. in fine, & hoc casu si res de sui natura vnicum fructum reddit singulo quinquennio, standum est colono pro toto illo quinquennio, ut post Alex. & Gabr. notant Surd. decis. 52. num. ult. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 606. n. 19. Notandum autem quod in quibus casibus successor tenetur stare locationi factæ per antecessorem, vel potest ab ea recedere, in iisdem colonis cogitur perferre, vel potest recedere ne iudicentur ad imparia, sed æqualitas inter eos seruatur, quia contra etus claudicare non debet. Surd. d. decis. 52. n. 9. & 10. Stephan. Gratian. d. c. 606. n. 13. cum seqq. refert Ferentill. in annot. ad decis. 482. Buratt. num. 18. cum seqq.

In gloss. Ecclesiam, fin. ibi, Ecclesia multis modis dicitur, &c. Vide Turrec. in summa de Ecclesia lib. 1. cap. 2. gloss. 1. per text. ibi in l. 7. tit. 5. lib. 1. for. leg. Perez l. 1. gloss. 2. in princip. tit. 1. lib. 1. Ordinam & l. 1. gloss. 5. vers. tertio modo, pag. 35. tit. 1. lib. 5. Ordinam. Sauch. de matrimonio lib. 3. disp. 15. num. 20. dixi latè ad rub. de Ecclesia adif. Quomodo autem Ecclesia, diffiniatur tradunt Turrecrem. d. lib. 1. c. 1. circa med. Cardin. Bellarm. lib. 3. de Ecclesia c. 2. Ant. Ricc. in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, lib. 1. c. 3. a princip.

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

TIT. V.

SUPER hanc rubricam scripserunt Collect. Zabbar. Bell. Ioan. Andr. Anan. Butt. Anch. Panor. Felin. Mar. Socin. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canonici, Martin. Mennart. in epitome Decret. fol. 176. verba. Stephan. Rancin. in contin. tit. Decretal. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij, a pag. 681. Goffr. Holt in sum huius tit. Alex. Castan. & Anast. Germ. in paratitulis ad quinque libros Decret. nouissime Ioann. Honor. lib. 5. summa in Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canonici, Zypæ. in analytica potestati iuris Ecclesie enarrat pag. 384. omnes sub hoc tit. Magistri qui dicantur, latè tradit Illustriss. D. meus Roderic à Cunha in comment. ad cap. miserrum 4. dist. 61.

S Y M M A R I U M.

- 1 Cathedralis Ecclesia prouidere debet Magistro de beneficio, qui clericos eiusdem Ecclesie, & alios pauperes gratis doceat, & quid hodie attento Concilio Trident. ostenditur, & n. 2.
- 2 Magistri gratis discipulos docere debent.
- 3 Salaria assignari debent Theologia Lecturibus, & aliarum facultatum Doctores.
- 4 Ordinatus dicitur habere alimnde quando habet patrem diuitem.
- 5 Ordinari quis non potest absque patrimonio, etiam si habeat patrem diuitem.
- 6 Episcopus dispensando cum scholaribus causa studij non debet aliquid ab eis exigere, vel accipere.
- 7 Venditio donorum intellectus, & voluntatis est simonia lato modo.